



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1063. Usque Ad Annum 1100

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1761

VD18 90117964

§. 33. Translatio S. Nicolai.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66363)

Sæculum XI. citer dies Romæ commoratus ad Mona-
A.C. 1087. sterium Cassinense rediit.

§. XXXII.

Translatio S. Nicolai.

Eadem die, qua Victor Papa ordinaba-
 tur, navis Nicolai Reliquias vehens
 Barium urbem, quam mare Adriaticum
 alluit, appulsa est. S. hic Confessor Epi-
 scopus Myrensis in Lycia compluribus
 abhinc Sæculis in Oriente celebrabatur.

Theoph.
p. 408.

Nam anno octingentesimo septimo cum
Chomeid, cum Classe a Califa Aarone
 missus, Rhodo Insula expilata, in reditu
 Myram devedtus, S. Nicolai tumulum ef-
 fringere voluisset, & per errorem aliud
 violasset, postquam iterum mari se com-
 misit, exorta tempestate sævissima com-
 plures ex ejus triremibus collisæ & solu-
 tæ sunt. Quod ipse Barbarus, Sancto
 Viro, miraculorum fama clarissimo, illa-
 tæ suis manibus injuriæ ultore, sibi eve-
 nisse credidit. Jam illo Sæculo S. Nico-

6. Dec.

laum in Occidente etiam coli cœpisse
 ex Martyrologiis Adonis & Ussuardi di-
 spicimus, sed in Sanctum Episcopum ve-
 neratio plurimum aucta est ex Transla-
 tione, cujus historiam damus.

ap. Sur.
9. Maji.

Anno Salutis reparatæ millesimo octo-
 gesimo septimo, Indictione decima, ali-
 quot mercatores Barienses tribus navibus
 e patria solverunt, commercii causa An-
 tiochiam

Antiochiam petitori. Dum vela faciunt in Sæculum XI.
mentem venit S. Nicolai corpus auferre. A. C. 1087.

De hac re deliberantibus suggerebant non nulli, facile omnino negotium fore; quippe S. Viri corpus in Ecclesia a Clericis populoque deserta jacere, neminem proinde huic auferentibus repugnaturum. Aliis id factu impossibile videbatur. Ubi Myram pervenerunt, jacta ancora, & collatis consiliis, hominem peregrinum, quem viæ comitem acceperant, emittunt, quid in illa regione ageretur, exploraturum. Ille mandata executus retulit, maximam Turcarum frequentiam in oppido, in quo S. Episcopi Ecclesia stabat, versari, hanc enim, defuncto loci Præfecto, ad ducendas ejus exequias confluisse. Quibus auditis Barienses e portu provehuntur, & quo destinatum erat, navigant. Antiochiæ obvios quosdam habuerunt Venetos sibi notissimos, apud quos cum de variis rebus colloquentes etiam de Corpore S. Nicolai mentionem iniecissent, illi neutiquam dissimulandum putarunt, consilium sibi esse Sacras exuvias tollere, quem in finem malleis & sudibus instructi essent. Id vero Barienses multo acrius ad accelerandam hanc molitionem stimulavit, ne ignominiose exprobraretur, in pulcherrimo facinore exequendo Venetos ipsi diligentiores extitisse.

Ergo

Sæculum XI. Ergo rebus, ad mercaturam spectan-
 A.C. 1087. tibus, celeriter confectis navigium repe-
 tunt. Tum ad oram Myrensem advecti
 vacillare in proposito & pericula formi-
 dare cœperunt. Jamque relicta Myra
 vento sibi favente uti statuebant; cum
 ecce ventus subito in contrarium versus
 invitos moratus est. Tunc vero omen

S. Nicolaus. accipientes, quod sibi Divina voluntate
 immissum putabant, quosdam e suis ire
 jubent, & quæ notassent, fideliter renun-
 ciare. Illi redeuntes dixerunt; regio-
 nem esse populis vacuam, & Ecclesiam
 a tribus non plus monachis teneri. Ar-
 ma itaque capiunt, & aliquot viris custo-
 dire triremes jussis, ipsi in ordines eunt,
 quasi in hostem procederent; nam locus
 quo tendebant tribus ferme milliariis di-
 stabat a litore. Ubi Ecclesiam attige-
 runt, positis armis, brevi oratione S. Epi-
 piscopi opem expetierunt. Tum ex Mo-
 nachis interrogant, ubi Sancti Corpus
 quiesceret. Illi respondent: *A majori-
 bus accepimus, in hoc loco conditum esse;*
 simul digito locum monstrant: Nempe
 pro antiquo Ecclesiæ more sub injecta
 terra jacebat. Monachi deinde, ut pe-
 regrinis advenientibus solebant, liquo-
 rem, quo sepulchrum abundabat, porri-
 gunt. At mercatores, ideo se venisse,
 aperiunt, ut S. Corpus sublatum in pa-
 triam suam deveherent. *Quoniam Pa-*

pa,

pa, aiebant, eo potissimum consilio nos mi-
 sit, ut has Reliquias raperemus. Si con-
 sentiat, pro singulis triremibus, quibus
 vehimur, centum aureos Solidos vobis
 dabimus. Monachi ad hæc verba pavi-
 di respondent: *Quo pacto faciamus, quod
 hæcenus nemo mortalium impune moliri
 potuit? & quod pretium tantum thesau-
 rum exæquare valeat? Veruntamen, si
 audeatis destinata efficere, hic Sanctus Vir
 jacet.* Id vero dicebant, quod persua-
 sum sibi haberent, hos advenas tanto
 molimini neutiquam pares esse.

Illi videntes, Solem ad occasum ver-
 gere, rem non ultra differendam esse ju-
 dicant. Et nihil prius agunt; sed mo-
 nachos comprehendunt, tumque omnes
 aditus Excubitores & viros armatos ob-
 fidere jubent, qui testes importunos, si
 forte supervenirent, arcerent. Ceterum
 non plures quam quadraginta quatuor
 viri erant, armis instructi, sed usque adeo
 ad omne periculum intrepidi, ut hosti-
 bus, numero multum superioribus, re-
 pellendis pares fuissent. In Ecclesia in-
 terim duo Presbyteri, itineris socii, Lu-
 pus & Grimoaldus, cum quibusdam aliis
 Litanias recitare exorsi tanto terrore tur-
 babantur, ut ne quidem voces distincte
 pronunciare valerent. At ex peregrinis
 aliquis nomine Matthæus pavementum ex
 marmore stratum clava ferrea contrivit,
 Hist. Eccles. Tom. XV. M m &

Sæculum XI. & cæmentum dimovit, tumque superior
A.C. 1087. superficies sarcophagi itidem marmorei
 apparuit; quem cum Matthæus repeti-
 tis ictibus aperuisset, inde amœnissimus
 odor erupit. Manu deinde expertus,
 quid inesset, liquorem sensit qui mediam
 tumbæ non exiguæ partem implebat.
 Mox, dextra profundius immersa, sacri
 corporis ossa sine ordine ut contingi po-
 terant extraxit; sed deerat caput, quod
 ut investigaret, pedes in tumbam demis-
 sit, eoque invento, madidus egressus est.
 Quidam vero ex adstantibus particulas
 Sanctarum Reliquiarum furtim subtra-
 ctas occultarunt. Id vigesima Aprilis
 gestum.

Ceterum cum Arcam non haberent,
 qua Sacras Reliquias conderent, alter
 Presbyterorum detracta sibi chlamyde
 eas involvit. Ita ingenti gaudio Sacram
 prædam ad navigia deferunt, ubi dispu-
 tatione exorta, in cuius Rectoris trire-
 mem inferendæ essent, inter omnes con-
 venit, id honoris illi navigio esse tribuen-
 dum, quo Matthæus vehebatur, ejus So-
 ciiis jurejurando adstrictis, quod de San-
 cto Corpore, ceteris insciis, decernere
 non vellent. Tunc Sacra ossa candido
 linteo cooperta doliolo, quod aquæ oleo-
 ve continendo destinatum erat, condide-
 runt. Inter hæc Myrensis oppidi, in
 colle uno milliario ab Ecclesia S. Nicolai
 positi,

Barienses
 S. Nicolaum
 rapiunt.

positi, Incolæ nuncio percussis, quod Sa-
 crum corpus ablatum fuisset, ad litus
 maris accurrunt, barbam sibi ipsis & ca-
 pillos evellunt, & lugubri clamore ra-
 ptos profequuntur. Videntes vero,
 quod navigantes jam procul Itali nulla ra-
 tione cohiberi possent, lento gressu rever-
 tuntur, & sæpe vultu lacrymis maden-
 te, sæpe oculis furore ardentibus fugien-
 tes respiciunt.

Itali triduo ventos adversos experti
 sola remorum vi utcunque proveheban-
 tur, at postquam illi, qui clam particu-
 las Sancti Corporis surripuerant, eas red-
 didissent, iterum tempestate favente usi
 sunt. Ergo itinere feliciter confecto in
 portum S. Georgii, quinque milliariis
 Bario distitum, inveniunt, ubi Reli-
 quias ex doliolo eductas, & in arculam
 ligneam, quam navigantes paraverant,
 immixtas panno obtexerunt. Inde nun-
 cii ab ipsis Barium missi cives ingenti
 gaudio refecerunt. Tunc Orson Archi-
 episcopus Bariensis Tranii erat, altera
 die, conscensa navi peregrinationem Je-
 rosolymam auspicaturus; sed acceptis a
 cursore literis, ex quibus discebat, quan-
 tus thesaurus ad suam Ecclesiam fuisset
 advectus, missa profectio Jerosolymi-
 tanæ proposito, celeriter reversus est.
 Interim Mercatores Reliquias Eliæ Ab-
 bati Monasterii S. Benedicti juxta por-
 tum

Sæculum XI tum extracti tradiderant, quas ille nona
A.C. 1087. Maji acceptas triduo retinuit, & Archi-
 episcopus adveniens solemni pompa ad
 Ecclesiam S. Stephani transtulit. Ad
 easdem custodiendas vero, & oblata a
 populo recipienda, nemo aptior Elia Ab-
 bate visus est.

Postquam ad populos vicinos fama
 pervenit, S. Nicolai Reliquias Barium fu-
 isse allatas, innumera multitudo oppida-
 norum & agrestium confluit. Tum
 Christianis ex tota Italia & deinde ex
 reliquis Occidentis Provinciis advenien-
 tibus, nulla in Orbe Christiano peregrina-
 tio illa ætate celebrior habebatur.
 Nec mirum, nam prima die plus quam
 triginta infirmi a variis morbis liberati.
 Complures in ipso itinere sanitatem rece-
 perunt, ubi ad quamdam Crucem perve-
 nissent, haud procul a civitate erectam,
 unde peregrini tectorum culmina primo
 prospicere poterant. Tot vero edita sue-
 re miracula, ut eorum numerum inire
 nemini liceret. Ita testatur Joannes Ar-
 chidiaconus Bariensis, qui statim Histo-
 riam hujus Translationis, jubente Orso-
 ne Archiepiscopo, literis mandavit. Jam-
 que tunc istud Festum nona die Maji fi-
 xum; quod tota Ecclesia Latina hodieque
 servat. (*)

Martyr. Ro.
9. Maji.

§. XXXIII.

(*) In Martyrologio quidem hæc Translatio
 com